

ubi ex errore impressoris Galup. allegatur n. 8. & allegat. 47. num. 18. lib. 3. Rot. in dicta Romana legati 18. Februarii 1650. Cerro.

- 9 Unde cum legatum pro emendis libris, & pro studio relictum minoribus * de observantia nullatenus in ipsorum mendicitatem influat, ideò sustinetur Menoch. *conf.* 1014. n. 38. Rot. dicta *decis.* 365. n. 45. par. 5. *recem.* & concluditur hic nu. 28. seclusa semper dispensatione Apostolicâ superiùs dictâ procedunt maximè quoad Moniales ejusdem Ordinis, erga quas ut plurimum Summi Pontifices † circa earum mendicitatem sublevandam dispensatione concesserunt ex traditis per nos dict. *allegat.* 37. n. 10. & *seq.* & *allegat.* 47. n. 19. & *seq.* lib. 3. & etiam in quibusdam casibus quoad ipsos minores de observantia, ut colligitur ex Rota in dicta Romana legati 18. Februarii 1650. §. nec etiam, & *seq.* Cerro.

CAPUT VI.

SUMMARIUM.

- 1 Fori electio in causis alimentorum locum habet. Declara ut n. 2.
- 3 Hæres unus ex pluribus in solidum convenitur pro alimentis, & de ratione num. 4. & n. 6. Facta tamen solutione per eum habet regressum contra obligatos n. 7.
- 5 Clericus conventus in re individua trahit sæculares ad judicem Ecclesiasticum.
- 8 Dotis causa non gaudet privilegio fori. Limita ut num. 9.
- 10 Judex Ecclesiasticus pendente lite super nullitate matrimonii de alimentis cognoscit.

Ubi agitur de alimentis qualitercumque pauperi debitis fori electio, seu præventio locum obtinet, etiam si quæstio inter sæculares versetur, * nec ulla amplius dubitandi ansa subest, quominus sæcularis, seu Clericus pro consecutione alimentorum contra Lucium coram Ecclesiastico procedere valeant, ut præter hic n. 5. 7. & *seq.* cumulatò comprobant Ciarlin. *contr.* 21. n. 19. & *controv.* 28. nu. 16. & *controv.* 56. n. 7. Dian. *par. 1. tract. de immunitat. resol.* 85. Novar. *de elect. for. quæst.* 51. n. 10. Sperell. *decis.* 138. nu. 110. Joan. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. cap. 43. n. 24. & 25.

Quæ tamen conclusio recipienda venit cum declaratione ejusdem Authoris sub num. 5. *vers.* fundè, ut procedat quando alimenta * pauperi debentur, quod ex legis dispositione, sed ex testamento ex regula generali, quod in legatis piis intret electio fori latè Barbof. *de offic. & potest. Episcop.* allegat. 82. per totum part. 3. & *de univers. jur. Eccles.* lib. 3. cap. 27. num. 22. 23. & 33. Ciarlin. *dicta controvers.* 21. num. 21. & *controvers.* 28. nu. 18. & *seq.* ubi ampliatur etiam si testator prohibuisset legatum peti in foro Episcopali, & concludit Author hic nu. 21. Novar. *de elect. forens. quæst.* 51. sub numer. 10. *vers.* nam in relictis.

Præsuppositâ veritate illius conclusionis, quod unus ex pluribus hæredibus pro alimentis † pauperi in testamento relictis in solidum conveniri possit. Novar. *de elect. for. quæst.* 44. sub n. 24. *vers.* aliud speciale fol. 209. Hodiern. ad Surd. *dec.* 323. n. 11. alios recensui in addit. ad c. 30. n.

5. Valenzol. *conf.* 197. n. 29. Giurb. *observat.* 19. n. 4. & 17. (ubi tamen) quod onus hæredis effecti non solvendo non accrescat aliis, Baldassar. de Angel. ad Gizzarel. *decis.* 50. n. 4. Olea *de cess. jur. titul. 4. quæst.* 6. nu. 12. & *seq.*

Nec resistit quod Author hic sub nu. 17. *vers.* ergo sane, post alios contrarium sustinere contendat, ex eo quod obligatio præstandi alimenta reputetur dividua; siquidem actionem contra unum ex pluribus obligatis ad præstationem alimentorum deducunt aliunde nimirum, ut consulatur ipsi alimentario pauperi, ne coactus agere contra singulos interim fame pereat, aut à consecutione alimentorum * desistere obstringatur, ut optimè ratiocinatur Franc. *decis.* 203. n. 3. individualitatem actionis insuper desumens ex vita alendi, Joseph. Ludovic. *decis.* Perusina 92. n. 15. ubi istud necessario inductum ratione majoris commoditatis ejusdem alendi, Minsynger. *observat.* 63. n. 1. cent. 1. Cost. *de post. rat. quæst.* 215. sub. nu. 1. *vers.* ob incommoda resultantia ex particulari exactione. Nig. *de execut. rei judic.* cap. 10. §. 4. num. 2. ubi benè explicat Ciarlin. *controv.* 46. n. 52. Hodiern. ad Surd. *dicta decis.* 323. sub n. 12. *vers.* ne ex minutata solutione alimentarius damnum sentiat. Ecce igitur, quod non attenditur, an actio in solidum pro alimentis competat, numve plures obligati ad alimenta in solidum teneantur, sed ut in hac materia adeo privilegiata alendo quantò citiùs consultum præexistat.

Hoc autem retento themate evitatur alia disceptatio, quam examinat hic Author sub dicto num. 17. si inter hæredes adsit Clericus, num iste cum aliis conventus * pro alimentis trahat sæculares ad Ecclesiasticum, quemadmodum faceret, si causa alimentorum esset individua ad tradita per nos *allegat.* 2. n. 2. fol. 47. lib. 1. & *allegat.* 124. n. 19. & 34. lib. 3. & nunc addo Michalor. *de duobus fratribus part.* 3. c. 9. à n. 1. ad 5. Spad. *conf.* 149. per tot. lib. 3. latè Carracciol. *de for. privil. quæst.* 23. ex n. 25. Sperell. *decis.* 19. n. 22. Rot. in Bonon. *fideicommissi de Bargellinis* 24. Novemb. 1651. §. 1. & *seq.* Bichio, quoniam ubi diximus fundamentum conveniendi unum ex pluribus ad refundendum alimenta † pauperi non consistit in individualitate actionis, ac respectivè obligationis illa consequendi, seu refundendi, sed ut faciliùs, opportunè, & sine incommodo alimentarii provideatur, terminis tamen præsuppositis habilibus, quod conveniendi pro alimentis eidem foro subint latè Olea *de cessione jur. tit. 4. quæst.* 6. sub n. 15. *vers.* licet ratione majoris commoditatis. Verum si inter alere debentes * adfuerit Clericus, adhuc Judex sæcularis unum ex laicis in solidum cogere poterit, ut alimenta præstet salvo eidem jure reintegrationis adversus hæredes proportionaliter, Mart. Medic. *decis.* Senen. 38. n. 10. & 11.

Dotis causam de se principaliter consideratam, non esse mixti fori, † sed five de constituenda agatur coram sæculari iudice pertractandam animadvertunt cumlati hic nu. 18. quibus accedit Sperell. *decis.* 1. nu. 16. At si principaliter coram Ecclesiastico circa validitatem matrimonii, aut separationis chori agatur, accessorie autem, incidenter, ac in consequentiam dotis restitutio attingatur, † tunc dubio procul Judex Ecclesiasticus causam matrimonii, simul cum causa restituendæ cognoscit, ut ibidem declarat Auctor dicto num. 18. & *seq.* Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *disput.* 8. 15. Cabed. *decis.* 124.

Observationum de Alimentis Caput VII.

124. num. 1. & *decis.* 125. nu. 3. & 4. part. 1. Cæcer. *var. resolut. cap.* 11. n. 169. part. 3. Tondut. *de pension. part.* 2. cap. 23. n. 4. *seq.* & n. 15. ubi pariter Judex Ecclesiasticus pendente lite super nullitate à separatione matrimonii de alimentis * quoque cognoscat. Sperell. *dec.* 1. sub n. 15. *vers.* coram eodem, & ab hac opinione nullatenus recedendum videtur, tametsi præter hic adductos ab Authore n. 18. contrarium ex professo sustineat Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 2. part. 10. n. 58. tom. 2. Siquidem eandem sententiam profitentur quoque Antonin. de Marin. *resol.* 349. n. 8. lib. 1. ubi præcisè loquitur de alimentis, & *resol.* 112. n. 2. & *seq.* lib. 2. Camarat. *respons.* 3. n. 28. huc conferunt tradita per Auctorem cap. 7. n. 20. & cap. 8. n. 5. & *seq.* & per nos in annot. ad cap. 15.

CAPUT VII.

SUMMARIUM.

- 1 Fori electionem habent legatarii pauperes, & ad pias causas.
- 2 Episcopus est executor legatorum etiam ad non pias causas, & de ratione n. 3. Exequitur legata etiam anno elapso n. 3. Visitat Hospitalia num. 24. Non visitat Hospitalia subiecta Principibus n. 26.
- 4 Executio legatorum non transit ad Episcopum, nisi transacto tempore per Testatorem præfixo.
- 5 Tempus ad distribuendum legata executoris currit à die aditæ hæreditatis, secundum alios à die notitiæ n. 6.
- 7 Executores de administratis rationem reddere tenentur. Fallit si à Testatore fuerit remissa n. 8. Plures deputati, si unus superstit an exequi possit n. 17. Deputati ad Virgines mariandas possunt distribuere legatum in ingredientiæ Monasterium n. 18.
- 9 Ratio administrationis redditur hæredibus, sive Episcopo n. 10.
- 11 Capella sine auctoritate Episcopi erecta censetur merè laicales. Visitantur per Episcopum, nisi aliud in fundatione caveatur n. 12.
- 14 Jurisdicctio exequendi legata post annum devolvitur ad fabricam S. Petri.
- 15 Religiosi executores Testamentorum relinquuntur.
- 16 Statutum arcens Ecclesiasticos à munere exequendi Testamenta est nullum.
- 19 Legatis mille puella, si fiat religiosa, & decem mille, si nubat, obtinet decem mille, etiam si ingrediatur Monasterium, sed contrarium observatur n. 20.
- 21 Pœna non exequentis legata est amisso emolumento.
- 22 Hospitale laicum præsumitur, maximè si per sæculares regitur num. 23. Ecclesiasticum reputatur erectum cum auctoritate Episcopi numer. 25.
- 27 Regis appellatione quando veniant supremi Principes.

Fori electionem habent legatarii pro relictis in pios usus, & pro alimentis pauperibus * relictis, quemadmodum annotavimus ad præcedens cap. 6. n. 1. & nunc addo Sanchez *consil. moral. lib.* 4. c. 1. dub. 54. n. 4. Barbof. *de univers. jur. Eccles.* lib. 3. cap. 27. num. 22. & *seq.* Melius ad Castillum de Alimentis.

Spad. *conf.* 226. n. 6. lib. 3. Carol. Marant. *respons.* 67. n. 48. & *respons.* 68. n. 1. part. 3.

Sed difficultas magna contingit quoad legata merè temporalia & profana, quæ non dicuntur mixti fori, nec hæredes laici coram Judice Ecclesiastico pro illis conveniri possunt, ut plenè deducit Author supra cap. 6. n. 10. & 11. & hic sub n. 7. *vers.* quod si legata. Cæterum quod Episcopo etiam legata ad non pias causas * exequendi facultas competat admittitur videntur *Glos.* & Doctores in cap. si hæredes de testam. & de communi. Federic. *de Sen. consil.* 111. n. 3. Alex. *consil.* 239. n. 14. lib. 6. Sanchez *consil. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 54. n. 3. & in hanc partem inclinare videtur Leoncil. *de privileg. pauper.* 131. sub n. 15. *vers.* quamvis contrarium ex elem. unic. de testament. ubi cujuslibet ultimæ voluntatis. Genez. in *prax. Archiepiscop. Cur. Neapolit.* cap. 85. in annot. n. 26. Gratian. *discept.* 395. per totam Rot. in Leopoli. administrationis Hospitalis 15. Maii 1645. Cerro, & apud Tondut. *de pens. decis.* 58. n. 7. *vers.* & propterea, ea ratione quia pium * satis sit exequi voluntates defunctorum. Gutierrez *pract. quæst.* 29. sub n. 14. *vers.* quia id verum. Barbof. *allegat.* 82. sub n. 23. *vers.* ubi etiam. cum quibus transit etiam auctor hic sub n. 2. *vers.* his verò negligentibus, & n. 4. & n. 10. inquit ob negligentiam hæredis, vel executoris ad Episcopum devolvere executionem testamenti, quamvis Testator hoc probaverit, circa quod videnda erunt annotata ad cap. 54.

Anni tempus à jure datum hæredi, seu executori ad exequendam ultimam voluntatem, à quo tempore incipiat, & hæc quæstio transit cum supposito, quod à Testatore præfixit non appareat tempus hæredibus, aut executori ad distribuendum legata, quod principaliter attendi debet; nam nil prohibet quominus Testator dimittere, aut augere valeat tempus legale, & tunc non nisi lapsò * tempore per Testatorem præfixo ad Episcopum executio Testamenti, seu legatorum devolvit. Paris. *consil.* 23. n. 19. lib. 3. Gratian. *discept.* 73. n. 15. & 16. Seraph. *decis.* 1048. num. 4. ubi quando Testator mandat singulo anno aliquid fieri. Gomez ad l. Taur. 33. n. 2. Leoncil. *de privileg. pauper.* 131. n. 9. part. 2. Sanchez *conf. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 51. n. 1. Joan. Carol. Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. cap. 36. n. 5.

Unde disceptatio contingit, quando Testator simpliciter legavit, atque executionem legatorum demandavit. Quo sanè casu intrat quæstio à quonam die tempus * ad distribuendum legata executori currat, circa quam alii volunt à die aditæ hæreditatis. Oldrad. *conf.* 108. *versic.* circa secundum in princ. Zuechar. *dec.* Lucen. 17. n. 17. & 18. cum adductis per Sanchez *consil. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 51. nu. 9. Surd. *consil.* 274. n. 17. Alii autem magis communiter, ac melius defendunt * tempus hujusmodi non currere, nisi à die notitiæ. Barbof. *dicta allegat.* 82. n. 18. in fine lib. 3. Sanchez *consil. moral. lib.* 4. cap. 1. dub. 51. n. 10. Joan. Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. cap. 36. n. 2. Leoncil. *de privileg. pauper.* 131. n. 11. part. 2. & pluribus exornat Auctor hic ex n. 5. usque ad 10.

Quoniam verò executores rationem reddere * de administratis tenentur cap. tua nobis de testam. Rolan. *consil.* 49. n. 6. & per totum lib. 1. Bimius *consil.* 13. n. 32. & 33. & *consil.* 190. n. 1. & 32. Muñoz. *de ratiocin. cap.* 3. n. 18. Cavaler. *dec.* 18. n. 6. alios refert Thomas de executor. ultim.

- im. volunt. tit. 15, num. 1. Rot. dec. 243, nu. 3, part. 8, recent. Nisi per Testatorem fuerit ipsis remissa, * quia tunc non nisi de dolo & restitutione reliquorum obstringuntur. Paris. consil. 45, num. 21, & 22, lib. 3, ubi quod videatur tantum remissa scrupulosa inquisitio quoad culpam. Sanchez, consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 15, n. 13, Thomas de executor. ultim. tit. 15, n. 44, Rot. dicta decis. 243, nu. 4, part. 8, recent. Auctor hic sub n. 13, vers. quia solum videtur remissa.
- 9 Hæredibus, * aut legatariis, quorum interest, ratio reddi debet l. 1, C. si ut se ab hæredit. abstin. Thomas de execut. ultim. volunt. tit. 15, n. 14. Sive
- 10 Episcopo * cui præcipue incumbit onus istud compellendi executores, cæterosque administratores Hospitalium Montis Pietatis, Confraternitatum, ac locorum quorumcumque piorum, ut supponit Author hic num. 12. Leoncill. de privileg. pauper. 131, nu. 9, 18, & 19, Rot. dec. 355, num. 1, & sub nu. 4, & dec. 402, num. 1, & dec. 440, num. 8, in fine part. 1, recent. & in eadem causa. Gratian. discept. 395, num. 1, 7, & per totam. Spad. qui pariter in eadem causa scripsit consil. 129, nu. 1, & 12, lib. 2, ubi fuit resolutum contra Capitulum Cathedralis contrariam consuetudinem prætendentis. Spad. consil. 114, n. 1, & per totum lib. 3, ubi quod Episcopus renuentes reddere rationes de administratis locorum piorum possit excommunicare quantumvis ab eorum Principe supremo inhibitos sub pœna capitali, ne rationes reddant, cum temperamento tamen seu moderamine, de quo per Spad. dicto consil. 114, lib. 3.
- Mox dicta aded vera præexistunt, ut nec Testator prohibere possit, ne hæredes, aut executores rationes reddere compellantur, ut jam dixi. Abindè plurimum se diffundit Author hic num. 14, circa erectionem Capellæ num scilicet censetur collativa, & in beneficium constructa, & concludit regulariter talem censeri, & Ecclesiasticam, in qua de jure Episcopus se intromittit, nec aliter per testatorem, seu fundatorem cavere potest: secus verò si tales Capellanæ cum onere celebrandi certas missas constitutæ fuerint de bonis temporalibus, & sine auctoritate Episcopi, quia censetur merè laicales, * & temporales, ad quas etiam laici præsentantur Zabarell. consil. 11, sub num. 5, vers. Oratorum verò, & sub num. 6, vers. sed Oratorium. Pen. dec. 100, n. 4, & per totam, & dec. 120, nu. 1, Lutier. de re benefic. lib. 1, quæst. 5, nu. 59, & 60, latè Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 5, num. 4, & seq. cum adductis per Auctorem hic sub n. 14, vers. secundo deinde. In quibus absolutè loquendo tanquam concernentibus pietatem Episcopus potest se intromittere, & hujusmodi capellanias visitare * ut post alios subjungitur hic sub num. 14, vers. decipitur tamen, nisi in fundatione ipsius Capellæ aliter dispositum appareat, quibus addo Barbof. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 5, n. 11, Seraph. de c. 611, num. 1, per totam. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 10, sub num. 475, prope finem vers. præterea usque ad num. 482. Rot. dec. 33, part. 2, & dec. 238, nu. 1, & per totum part. 5, recent. & in Monopolitana Hebdomadæ 14, Decembris 1612, coram Monzanedo. Antonin. de Marin. resolut. 36, num. 1, lib. 1, cum decisione ibi impressa quæ est eadem cum prædicta dec. 238, part. 5, recent. Valenzol. consil. 188, per totum lib. 2, latè Carol. Marant. respons. 89, n. 3, & seq. part. 3.

Si intra annum Episcopus ultimam voluntatem quoad legata pia exequi non curaverit, quod anno etiam elapso * ad executionem compellere possit, animadvertunt Sanchez consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 51, num. 6, Leoncill. de privileg. pauper. 131, n. 11, in fine part. 2, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 36, n. 6, ubi quod auctoritas Episcopi duret usque ad quadraginta annos. Hodie tamen facultas Episcoporum circa executiones ultimarum voluntatum restricta videtur ad annum dumtaxat, post quem jurisdictio exequendi * devolvit ad fabricam Sancti Petri privative quoad Episcopos ex constitutionibus Pontificiis, & ejusdem fabricæ Sancti Petri Congregationis Cardinalium declarationibus, de quibus apud Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 5, num. 151, fol. 210, Sperel. dec. 153, numero 26, & latè prosequitur Carol. Marant. respons. 68, num. 2, & per totam potissimum num. 36, & 39, ubi registrantur determinationes quædam in proposito Sacræ Congregationis fabricæ Sancti Petri part. 3, Caputaq. dec. 42, part. 3, Barat. dec. 883, num. 9, ubi quod adversus privilegia fabricæ Sancti Petri derogatio requiratur. Riv. resolut. 1354, & seq. Rot. dec. 122, n. 2, & seq. part. 7, recent. & in Romana testamenti 22, Martii 1656, s. fin. Cerro.

Testamentorum executores etiam religiosi de licentia tamen eorum superioris ubi agitur de dispositis ad pietatem * esse possunt, ut cæteris congestis concludit Author hic n. 18, ubi quid de fratribus minoribus, & latius post alios prosequitur Barbof. de univers. jure Eccles. lib. 1, cap. 43, à num. 56, ad 71, Staiban. jun. resolut. 37, n. 42, & 43, ubi quod ultra licentiam superioris requiratur simul utilitas Monasterii, in tantum quod statutum * arcens Ecclesiasticos à munere executoris ultimæ voluntatis viribus non subsistat. Rota coram Eminentissimo Orthob. decis. 216, n. 11, & seq.

Si duo executores à Testatore deputantur, altero ex eis deficiente, alter executionem Testamenti perficit: at si ultra duos executores Testator suæ voluntatis ordinaverit, unus * ex illis tantum superstes mentem testatoris exequi adhuc poterit in sententia Sanchez, consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 44, contrarium tamen in pluribus executoribus quod nimirum unus exequi nequeat ex professo defendit Bimius consil. 24, n. 4, & 5, Castrea. consil. 13, n. 3, in fin. lib. 1, Thomas de execut. ult. volunt. tit. 11, n. 11, Prior tamen opinio amplectenda venit ubi de relictis pauperum, aut in causam alimentorum agitur.

Deputati executores ad Virgines maritandas non possunt distribuere legatum * in puellas intrantes Monasterium ad tradita per Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 5, num. 55, & seq. contrariam tamen sententiam uti veriolem post alios exornat Ciardin. controuv. 218, num. 6, & seq. sed declaratur istam non procedere in executoribus, qui dum habent mandatum distribuendi in maritandas, nequeunt distribuere in ingredientiæ Monasterium. Cæter. var. resolut. 37, num. 70, 77, & seq. adhuc tamen prior opinio prævalet ex traditis per Ciardin. dicta controuers. 218, num. 16. Legatis verò mille tantum puellæ, si fiat religiosa, & decem mille, si nubat, * obtinet decem mille etiam in priori casu Barbof. alleg. 83, num. 28, de offic. & potest. Episcop. part. 3, cum infinitis apud Pasqualig. quæst. 245, n. 4, & apud Ciardin. dict. contr.

- contr. 5, n. 5, & 45, Censal. ad Peregr. de fideicom. art. 37, observat. 9, fol. 256, & hæc opinio in rigore juris vera præexistit, observantia * verò contrarium suadet, juxta quam minor dos constituitur ingredienti Monasterium, quam contrahenti nuptias temporales. Rot. dec. 480, n. 2, & per totam part. 2, recent. cum adductis per Ciardin. dict. controuv. 218, sub n. 45, vers. & sane.
- Ultimò inquiri Author hic n. 19, circa pœnam, in quam incidunt hæredes, & executores disposita in Testamento, executioni demandare negligentes, * & concludit, quod prævia monitione ab emolumento cadant, & ipsis relictum restituere obstringantur. Sanchez consil. moral. lib. 4, cap. 1, dub. 56, n. 1, & 2, Scain. dec. Bonon. 47, n. 64, & seq. ubi tamen ex aliis negligentibus excusat Thomas tract. commun. de executor. tutor. & curator. tit. 6, nu. 3, & per totum: ubi insuper de pœna sacrilegii, infamæ & aliorum fol. 158, & 159.
- Hospitale verò quamvis laicum * regulariter præsumatur Cyriac. contr. 530, à n. 1, ad 11, Redenase. conf. 68, n. 20, & seq. & consil. seq. n. 19, & seq. Gonzal. ad regul. 8, Canc. gloss. 5, §. 4, nu. 24, Tondut. de pens. cap. 65, num. 26, Rot. dec. 106, n. 1, & 6, part. 2, divers. & in Melevitana bonorum 10, Februarii 1651. §. non obstat vers. & tale etiam coram Melio, nunc impressa apud Tondut. de pens. dec. 58, Merlin. Pignatell. controuv. 6, nu. 8, cent. 1, maximè * si per sæculares regatur. Calderin. consil. 4, vers. item de relig. domib. Magon. dec. Florent. 61, §. in contrarium. Roman. consil. 477, n. 10, Cora. consil. 57, sub n. 8, vers. quia stai, lib. 3, à Pont. consil. 18, n. 6, lib. 1, Cyriac. dicta controuv. 550, num. 1, Grass. de effect. clerico. nu. 122, Tondut. de pens. cap. 65, n. 30, & Rota apud eundem post tract. dec. 58, n. 4, & in Melevitana bonorum 10, Maii 1652, §. non etiam Melio. Dum tamen in eo opera pietatis exercentur locus pius dicitur ad effectum, ut Episcopus * saltem uti sedis Apostolicæ delegatus illud visitare possit, ex Conc. Trident. de reformat. sess. 22, cap. 8, Cochier. de jurisdict. in exempt. part. 2, quæst. 45, nu. 77, Ugolin. de offic. & potest. Episcop. cap. 24, §. 1, sub num. 3, vers. visitare, cum adductis per Barbof. de offic. & potest. Episcop. allegat. 75, nu. 2, & de univers. jur. Eccles. lib. 1, cap. 14, num. 26, & seq. Merlin. Pignatell. controuv. 65, nu. 11, centur. 1, Nicol. in lucubrat. urinsque jur. lib. 3, tit. 39, §. 7, fol. 174, tom. 2. Malet de Hierar. & jur. Eccles. militant. lib. 4, part. 2, tit. 10, n. 7, fol. 425, Rot. dec. 30, n. 8, part. 2, rec. & dec. 58, num. 7, apud Tondut. de pens. nec Hospitale unquam reputatur Ecclesiasticum * nisi inter cætera auctoritate Episcopi, aut Apostolica erectum appareat. Merlin. Pignatell. dict. controuv. 65, num. 5, cent. 1, Malet. de Hierar. lib. 4, part. 2, tit. 2, fol. 425, Tondut. de pens. resolut. 65, num. 17, & post tract. dec. 58, n. 6, & in d. Melevitana bonorum 10, Maii 1652. §. non etiam vers. quo vero Melio.
- Cum animadversione insuper quod facultas Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ visitandi Hospitalia, quantumvis laicalia non se extendit ad immediatè subiecta * protectioni regis, aut ducali ex eodem Conc. Trident. de reformat. sess. 22, cap. 8, Valase. consulti. 105, n. 6, & consulti. 105, num. 62, Barbof. de offic. & potest. Episcop. allegat. 75, n. 16, & de univers. jur. Eccles. lib. 1, cap. 16, n. 62, Dian. resolut. 100, part. 1, tract. 1, fol. 44, Cyriac. contr. 530, n. 8, & seq. Me-noch. cons. 948, n. 39, Fusch. de visit. lib. 2, cap. 13, n. 23, Mar. Ant. var. resolut. 14, n. 6, vers. si vero Melius ad Castillum de Alimentis.

Hospitale ibi, in Hospitali immediatè existenti sub protectione Regis, vel Principis jura Imperii habentis. Nicol. in lucubrat. urins. jur. lib. 3, tit. 39, §. 7, fol. 174, Malet. de Hierar. & Jur. Eccles. militant. lib. 4, part. 2, tit. 10, §. 2, vers. Hospitalium sub immediata: Cui opinioni omnino adhærendum venit tamen contrarium defendere inutiliter contendat Gabr. consil. 195, n. 9, & per totum lib. 2, optima id suadet ratione, quia in similibus materiis appellatione Regum * supremi quoque Principes jura Imperii habentes, ac plures Ducatus possidentes veniunt arg. ejusdem Conc. de reformat. sess. 25, cap. 9, Clem. unic. vers. nisi Regum de Baptism. Paris. consil. 112, n. 33, lib. 4, cap. 1, dub. 56, n. 1, & 2, Scain. dec. Bonon. 47, n. 64, & seq. ubi tamen ex aliis negligentibus excusat Thomas tract. commun. de executor. tutor. & curator. tit. 6, nu. 3, & per totum: ubi insuper de pœna sacrilegii, infamæ & aliorum fol. 158, & 159.

CAPUT VIII.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatio non suspendit executionem sententiæ in causa alimentorum, & de ratione num. 2. declara ut n. 5. Amplia ut n. 14.
- 3 Alimenta quæ debentur à die litis motæ dicuntur futura.
- 4 Requisita ne in causa alimentorum appellare liceat recensentur.
- 6 Revisio non datur à decreto de manutenendo; Declara ut n. 7.
- 8 Jurisdictionis in summarissimo datur appellatio. Contrarium qui teneant n. 9.
- 10 Revisioni locum esse in dubio pronuntiandum.
- 11 Supplicationi locus est etiam in judicio momentaneæ possessionis.
- 12 Dotis in causa pauperis appellatio non datur, & de ratione n. 13.
- 15 Attentata in causa alimentorum quando inveniunt.

Judicatum non suspendit appellatio interposita à sententia lata * in causa alimentorum, ut post alios admonet Author hic n. 3. Nig. de execut. cap. 4, §. 6, n. 25, Leoncill. de privil. pauper. 27, n. 4, Cabed. dec. 66, n. 7, part. 1, Surd. dec. 323, nu. 9, & ibi Hodiern. nu. 7, Guilhelm. Anch. de rescrip. & morat. concl. 40, n. 14, in fin. Paul. Rub. in annot. ad Rot. dec. 1, sub nu. 103, vers. alimenta enim, & dec. 472, n. 25, part. 9, tom. 1, recent. Fontanell. dec. 296, n. 1, 8, & per totam.

Ratio subest optima, quia appellatio suspensiva non datur in causa * alimentorum, ubi de alimentis in futurum præstandis agitur ex cumulat. hic n. 9, quibus accedunt Leoncill. de privil. pauper. 27, n. 1, part. 2, Cabed. dec. 66, n. 2, & per totam part. 1, Reufner. dec. 15, per tot. lib. 1, Merlin. Pignatell. controuv. 62, n. 13, & 14, cent. 1, ubi limitat in præteritis. Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 58, n. 14, & seq. Nig. de execut. cap. 4, §. 6, n. 25, & seq. Guilhelm. Anch. de rescrip. & morat. conclus. 40, num. 14, Anton. ab Eccles. observat. 166, num. 4, & seq. lib. 1, Ripol. var. resolut. ult. num. 208, & seq. Rub. ad Rot. dec. 1, n. 104, part. 9, tom. 1, & dec. 355, num. 5, part. 9, tom. 2, recent. & in Romana alimentorum 4, Martii 1641. §. quia solutio coram Pirovano.

Ad quem effectum futura alimenta dicuntur etiam illa, quæ debentur * à die litis motæ.